





1723 5

PRO-RECTOR
AC COLLEGII IVRE-CONSULTORVM

IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI

DECANVS
CHRISTOPH. HENR
DE BERGER

COMES PALATINVS CAESAREVS

POTENT. POLON. REG. ET ELECT. SAX. A CONSILIIIS AVLAE
ATQVE IVSTITIAE PARITER AC SVMMI PROVOCAT. SENAT
ANTECESSOR CVRIAE ELECT. PROVINC. CONSIST. ECCLESIAST
SCABINAT. ITEMQVE IVDICII DVCAL. IN MARCHIONATV
INFER. LVSATIAE ASSESSOR

AD
DISSERTATIONEM SOLEMNEM
CONSULTISSIMI CANDIDATI

IOANNIS CHRISTOPHORI
KLETTII

RADEBERGA MISNICI

IN AVDITORIO MAIORI

AD DIEM VII DECEMBR. A. R. S. c13 13 CC XXIII

HABENDAM

PATRES ET CIVES ACADEMIAE

EO QVO DECET CVLTV ET STVDIO
INVITAT



CHRISTOPH HEINRICH
DE BÄCKER
CONSILIUM
HABIT
IN





onstans est, inter Doctores Pragmaticos, in primis Saxonicos, opinio, petitionem termini ad prosequendam leutationem toties haud necessariam esse; quoties iudex leuterantem praeuenerit, et terminum indixerit, citationemque insinuandam curauerit. Quid autem de appellatione erit putandum? Vtrum et praeuentio locum atque effectum aliquem habebit, pariter ac petitio apostolorum eo casu impune, et sine iactura appellationis, omitti poterit? Iudicium Prouinciale in Marchionatu Inferioris Lusatae negauit hanc quaestionem, atque, appellationem, ob neglectam apostolorum petitionem, pro deserta habendam, exi-

stimauit, idque propter dispositionem Iuris Canonici, quae *Clement. 2. de Appellat.* continetur. Ex quo consequitur, argumentum de praeventione iudicis a leueratione petitum, ad appellationem minime procedere. Et hunc in modum pronuntiauit laudatum Iudicium in caussa *Iohann Andreas VVolffs* contra *Gottbelff Nicolai und Consorten*, nouissime, *Termin. Martini 1723.* Quae quidem pauca, pro instituti ratione, et ob alia quam plurima impedimenta, ita expromere atque praemittere uoluimus, occasione, nobis a Doctissimo quodam Candidato subministrata. Vocant illum **IOANNEM CHRISTOPHORVM KLET-TIVM**, Radebergensem, Patre natum eiusdem nominis indulgentissimo, ciuitatis illius primo ab Aetis iudicialibus, mox Potentissimi Poloniarum Regis ac Principis Electoris Saxoniae a rationibus tributorum, Matre **MARIA SOPHIA**, M. **GEORGI SCHOENI**, Diaconi Radebergenfis ac Sacerdotis Schoenbornen-

bornensis filia, matrona pia prudentique An. c1o 1o c LXXXVI. Elementa edoctus pietatis atque humaniorum literarum a fidissimis praeceptoribus VOIGTIIS ac TURCO-SIIS maiorem earum culturam sibi comparauit, doctissima opera MVLLERORVM, HARTMANNORVM et HEYDERORVM, scholae Prouincialis Portensis Doctorum inclutorum, ad quos An. c1o 1o c XCIX missus est, eaque exornatus Lipsiam adiit An. c1o 1o CC V. Iurisprudentiae incumbens, ex commentationibus Excellentissimi D. PHILIPPI, Ordinis Iurisconsultorum Assessoris, rudimentorum huius doctrinae notitiam acquisiuit. Armis uero Suecorum in Saxoniam An. c1o 1o CC VI illatis, ad hanc Almam confugit, ac consummatae eruditionis ICTos, publice priuatimque docentes audiuit sedulus, Parentem Nostrum maxime Venerabilem, HORNIOS, WERNHEROS, GRIBNEROS, BAYEROS, hisque ex fontibus haud uulgarem Iuris scientiam hausit. Sitim postea, quam satis sedasset suam, ad rerum forensium cognitionem aduertens,

A 3 secun-

secundo euentu commendatus est D. TEM-
MICHIO, Protonotario nostro fideli, ac Viro,
peritia pariter Iuris, et dexteritate cauffas in
foro perorandi, praestanti, apud quem occa-
sionem nactus est se in hoc campo exercen-
di amplissimam, ex qua quanta, quamque e-
gregia emolumenta ceperit, satis praedicare
nescit. Illa ratione factum est, ut consenti-
rent Patres huius Academiae Conscripti, uti
ab Actis iudicialibus Academiae esset, cui mu-
neri, qua potuit fieri industria et fide, praefuit,
atque in eo Iuris applicandi sibi conciliauit fo-
lertiam. Obeunte deinceps gloriosissimae me-
moriae Imperatore, IOSEPHO, administra-
tio Imperii Romano Germanici ad binos illius
Vicarios peruenit, quo tempore Noster ex
Iure publico, Praefide Excellentissimo GRI-
BNERO, Dissertationem *de Iuribus Vicariorum
Imperii, illis in primis, quae perperam a nonnul-
lis in dubium uocantur*, conscriptam, strenue
tuitus est. Denique amicorum hortatu Lich-
tensteinium se contulit, ibidemque et alibi, et-
iam

iam in magistratibus compluribus, clientum
suorum causas omni animi corporisque uiri-
um contentione, nec nullo successu, egit.
Quo autem maiori deinde auctoritate illo in
opere pergere posset, summos sibi in Iurispru-
dentia Honores comparare decreuit, atque ut
gratum huic Academiae, optime de se meri-
tae, animum testificaretur, ab illa quoque hos
petere conatus est. Postea igitur, quam in u-
troque, quod more maiorum edendum est,
specimine priuato, suam nobis doctrinam
praeclare comprobauit, reliquum est, ut ad
publicum, ultimumque, eruditionis documen-
tum exhibendum admittatur. Quam ob rem
ut Patres Academiae Conscripti, Hospites et-
iam, ac Ciues, omnium Ordinum Honoratissimi,
illius *de Observationibus quibusdam Forensibus ex
materia de Pactis Dotalibus aliisque Iuris Capituli-
bus*, Praeside Viro Magnifico atque Excellentis-
simo, Domino Io. BALTHASARE WERNHE-
RO, ICTO, Potentissimi Poloniae Regis et E-
lectoris Saxoniae a Consiliis Aulae atque Iu-
stitiae,

stitiae, Ordinario, et Decretalium P. P. etc.
uerba facientis, honori ne desint, sed fauen-
tibus differentem auribus audiant frequentes,
omnes ad unum singulosque, illa, qua de-
cet quemuis, obseruantia atque honore com-
precamur. Vitembergae, Dominica II
aduenienti Christo sacra, An
c1o 1oCC XXIII

VITEMBERGÆ
LITERIS VIDVAE GERDESIAE

Wittenberg, Diss., 1723

ULB Halle

004 581 644

3







1723 5

PRO-RECTOR
AC COLLEGII IVRE - CONSVLTORVM
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
DECANVS
CHRISTOPH· HENR
DE BERGER

COMES PALATINVS CAESAREVS
POTENT· POLON· REG· ET ELECT· SAX· A CONSILIIIS AVLAE
ATQVE IVSTITIAE PARITER AC SVMMI PROVOCAT· SENAT
ANTECESSOR CVRIAE ELECT· PROVINC· CONSIST· ECCLESIAST
SCABINAT· ITEMQVE IVDICIÛ DVCAL· IN MARCHIONATV
INFER· LVSATIAE ASSESSOR

AD
DISSERTATIONEM SOLEMNEM
CONSVLTISSIMI CANDIDATI
IOANNIS CHRISTOPHORI
KLETTII

RADEBERGA MISNICI
IN AVDITORIO MAIORI
AD DIEM VII· DECEMBR· A· R· S· c15 15 CC XXIII
HABENDAM

PATRES ET CIVES ACADEMIAE
EO QVO DECET CVLTV ET STUDIO
INVITAT

